

Sacrarum codices scripturarum revolventi duo esse genera hominum occurrit, clericorum videlicet et laycorum¹⁹⁾; quorum cuilibet ipsa *altitudo*²⁰⁾ *diviciarum sapientie et scientie dei* de rectore ipsum in omni statu suo in melius dirigente ac directum conservante divinitus providere curavit. Hinc est: In²¹⁾ exordio namque nascentis mundi provida et ineffabilis dei *sapientia*, cui consilia non communicant aliena²²⁾, in²³⁾ *firramento celi* duo statuit *luminaria*, maius videlicet et minus — *maius*, quod *preesset diei*, *minus*, ut *preesset nocti*. Que duo sic ad propria officia in regione zodiaca offeruntur^{a)}, (ut), etsi (se) multociens ex obliquo²⁴⁾ respiciant^{b)}, unum tamen alterum^{c)} non offendat^{d)}, ymo, quod est superius, inferiori suam communicet^{e)} claritatem. A simili eadem *provisio* eterna in *firramento* terre duo voluit inesse *luminaria* sive *regimina*, sacerdocium videlicet et imperium — unum ad cautelam et reliquum ad tutelam, ut homo, qui erat in duobus componentibus diucius dissolutus, duobus *reciaculis*²⁵⁾ frenaretur et sic fieret pax orbi terre hominum excessibus limitatis.

Dimisso maiori lumine sive luminari, scilicet sacerdocio, prosequitur²⁶⁾ secundum, imperium videlicet. Circa quod est advertendum, quod ad²⁷⁾ extollenda iustorum preconia et reprimendas insolencias transgressorum prospiciens e celo *iusticia*²⁸⁾ erexit in populis regnantium solia et diversorum principum potestates. Caruisset namque libenter humana condicio iugo dominii nec libertatem a se, quam eis natura donaverat, homines abdicassent, nisi quod impunita licencia scelerum in evidentem perniciem humani generis redundabat,

a) afferuntur Hs. b) respiciunt Hs. c) alterum tamen Hs. d) offendit Hs. e) communicat Hs.

¹⁹⁾ *Dafür berief man sich auf Act. 1, 17 und I. Petr. 2, 5 u. 9.*

²⁰⁾ *Rom. 11, 33.*

²¹⁾ *Petr. de Vin. 1, 31 (I, 197). Die Stelle findet sich, bis zu den Worten excessibus limitatis, auch in der Praefatio zu Dietrich von Nieheim (Niem), Privilegia aut iura Imperii, hg. v. Simon Schard, De iurisdictione, autoritate et praeeminentia imperiali (Basel 1956) S. 785. Siehe ferner Petri de Vineis, iudicis aulici et cancellarii Friderici II. imperatoris epistolarum ... libri VI, hg. v. Johann Rudolf Iselius, 2 Teile (Basel 1740), worauf sich die Band- und Seitenzahlen bei den Zitaten beziehen.*

²²⁾ *Vielleicht mit Bezug auf Rom. 11, 34: quis consiliarius eius fuit?*

²³⁾ *Gen. 1, 14 u. 16.*

²⁴⁾ *Das Lichtergleichnis ist bisher noch nie für sich in seiner Entwicklung untersucht worden (anders als die Theorie der duo gladii); siehe zuletzt Othmar Hageneder, Das Sonne-Mond-Gleichnis bei Innozenz III., MIOG. 65 (1957) 340 ff. Die Worte ex obliquo bedeuten keineswegs die Opposition der beiden Himmelskörper, sondern daß sie einander „häufig scheel ansehen“.*

²⁵⁾ *Petr. und Dietr.: retinaculis; vgl. etwa II. Par. 4, 13.*

²⁶⁾ *So die Hs., doch würde prosequatur besser entsprechen.*

²⁷⁾ *Petr. de Vin. 5, 1 (II, 39) bzw. MG., Const. 2, 300.*

²⁸⁾ *Vgl. Ps. 52, 3: Deus de caelo prospexit.*